

**3485** tabula marmorea alta 45 cm., lata circiter 160 cm. Ad Vicum Varum in loco cui arx Iunonis [= Rocca Giovine] nomen est in ruinis aedis Victoriae VICT. Ad Vicum Varum in ruinis antiquae aedis GRVT. *Alla porta di Rocca Giovane* REV. (ap. Mur. ms.). Ibi extat muro adfixa.

IMP · CAESAR · VESPASIANVS  
AVG · PONTIFEX · MAXIMVS · TRIB  
POTESTATIS · CENSOR AEDEM VICTORIAE  
VETVSTATE · DILAPSAM · SVA · IMPENSA  
5 RESTITVIT

Descripsi. Exhibent Marianus Victorius de antiq. Reate cod. Neap. f. 55 (inde Holstenius cod. Dresd. F 193 f. 27, qui citat ad Cluverium p. 107); Sirmondus ms. Paris. suppl. Lat. 1418, 30 (ab hoc Grut. 1075, 8); Revillas sched. Berol. et apud Muratorium ms. 18, 224; Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 170; Petroski (cf. p. 360 cap. XXVII not. 2) in topographia agri Tiburtini; de Sanctis *della villa di Orazio Flacco* (ed. a. 1784) p. 56; Fea ms. f. 102, edidit in opp. Horatii (1811) 2 p. 215 (ad ep. I, 10, 44) descriptam a Laurentio Re; Sebastiani *viaggio* p. 398; Marocco 7, 176; Noël des Vergers *bulletin archéologique de l'Athénæum français* 1855 p. 25.

3. 4 litterae quas dedi inclinatas perierunt; exhibent eas auctores Fea antiquiores omnes.

Ab hac aede Victoriae propter vetustatem a Vespasiano restituta non diversum esse *fanum putre Vacunae*, post quod Horatius scripsit se dedisse epistolam libri I, 10 ad Aristium Fuscum (v. 49), primus coniecit Holstenius (adnot. ad Cluv. p. 107), repetiverunt paene omnes qui de vita Horatii scripserunt. Sane locus, quo extat haec inscriptio, vicinus et Variarum et Mandelae et rivo Digentiae, egregie convenit; sed primum non ita certum est, Vacunam deam Sabinorum a Romanis vulgo habitam esse Victoriam — certe non defuerunt qui Vacunam aliis deabus adsimilarent —, praeterea non liquet cur Vespasianus ex inscriptione templi ab ipso restituti antiquum Vacunae nomen, quod reperitur in compluribus inscriptionibus agri Sabini (Corp. vol. IX, 4636. 4751. 4752), expellere voluerit et substituere ei Victoriam. — Aedes a Vespasiano restituta sive Victoriae sive Vacunae non video cur non possit fuisse eo loco ubi inscriptio iam saeculo XVI extitit; nullius auctoritatis sunt quae de vero et antiquo loco inscriptionis saeculo superiore protulit Chaupy p. 169 (*justement vers le milieu de l'espace* — inter rudera quae vult fuisse villae Horatianae et summum montem S. Gennaro — *on trouve des ruines antiques consistant en des pièces de ces gros murs, que les anciens donnaient à leurs fabriques; le lieu est environ un mille du lieu des ruines, et à un peu moins de Rocca-Giovine; c'est là que fut trouvée l'inscription*), parum probabiles autem coniecturae Bellii *bull. dell' Inst.* 1857 p. 151, immo suspectae, cum locus ubi is templum Victoriae collocavit situs sit, ut ipse non oblitus est adnotare, intra fines territorii eius oppidi, unde ipse erat, Cantalupo-Mandela.

**3486** lamella aenea e Sabino agro nuper eruta apud Licentiam FABR.; tabella aenea reperta in praedio Ursinae familiae, cui nomen Licenza, prope Tibur sito BONANN. Extat in museo Oxoniensi exemplum quod genuinum esse adfirmat Huebner; id fuit aliquando, ut in ipsa tabella incisum legitur, in regni Christinae [defunctae a. 1689] thesauris, mense Ianuario 1720 emit Romae, teste WARDIO, Rich. Rawlinson, cuius nomen quoque in parte postica ipsius tabellae inscriptum est. — Exemplum ab hoc diversum Romae in museo Kircheriano viderunt LVPI et BON. — Tertium exemplum, nisi ipsum est alterum furto e museo Kircheriano ablatum, apud negotiantem rerum antiquarum vidit MAR., qui adfirmat falsum esse et addit postea inlatum esse in museum Vaticanum; in bibliotheca Vaticana OSANN. — Quartum exemplum Veronae apud se habuit MVSELLI, inter falsas musei Veronensis collocavit MAFFEI. — Quintum repertum inter Baulos et templum Veneris Baianum adservari apud Andream di Fraja scribit PRATILLI (apud Calogerà *raccolta* vol. 39, 1748 p. 369); id fortasse non diversum est ab eo quod servatur Neapoli in museo. Ceterum hoc exemplum Neapolitanum neque Mommseno neque Huebnero (ex scr.) suspicionem movit.

FLORAE  
TI · PLAVTIVS · DROSVS  
MAG · TI  
V · S · L · M

Descripsit Huebner exemplum nunc Oxoniense. Habet primum Fabretti p. 742 n. 509. Exemplum nunc Oxoniense referunt Ward *philosophical transactions* 46 (1750) p. 293 aere expressum; Chandler marm. Oxoniens. part. III tab. 1 fig. IV. Exemplum olim musei Kircheriani Bonanni mus. Kircher. (1709) p. 61 tab. XXII n. 1 (inde Mur. 1984, 8); Lupi Vat. 9143 f. 5'. Exemplum Vaticanum Marini, qui memorat Arv. p. 377, sched. Vat. et Osann syll. 462, 201. Exemplum Veronense Muselli archipresbyter Veronensis apud Muratorium sched. XIX, 226 et v. 1 tantum Maffei mus. Ver. 175. Exemplum nunc Neapolitanum descripsit Mommsen inscr. Neap. n. 6755, ad ectypum delineavit Huebner exempl. scriptur. epigr. n. 891. Orell. 1620.

**3487** prope Licenzam ibi ubi sunt rudera, quae villae Horatii credunt, saeculo XVIII exeunte prodiisse fistulam plumbeam inscriptam ···M·BVRRVS ait Sebastiani *viaggio* p. 397; de eadem fistula videtur verba facere Chaupy *maison d'Horace* III p. 11.

**3488** prope Roccagiovine sub monte dicto *Marcone*.

F · Q · S · M · ARRE

Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 404.

**3489** nella terra di Civitella sopra altissimo monte REV. Significatur Civitella sita inter Percile et Licenza, ut colligitur ex SEB.

D · M  
EGNATIAE · IANV Revillas ms. Berol. et apud Muratorium  
A R I A E sched. 18, 224, ed. 1339, 3 (inde  
C · COMINVS · PRIS Mommsen inscr. Neap. n. 5681); Se-  
5 CVS · COIVGI · B · M bastiani, qui vidit, *viaggio* p. 388.

**3490** cippus marmoreus. Percile DE SANCTIS, presso la chiesa arcipretale SEB. et adhuc.

D · M  
M A N L I A E · P · F  
M A X I M I N A E  
VIX · ANN · VI · MEN · X · DIEB · XVIII sic  
5 P · MANLIVS · STAPHYLVS urceus  
E T · HERENNIA · C · F  
M A R C E L L I N A  
P A R E N T E S · I N F E L I C I S S I M I  
F I L I A E · P I S S I M A E · E T  
10 C · HERENNIO · DAPHNO  
E T · S I B I

Descripsi. De Sanctis *della villa di Orazio* (ed. 1784) p. 60; Sebastiani *viaggio* (1828) p. 389.

**3491** nel paese di Scarpa.

TITIENIAE · SEX · F  
M V S A E  
S E X · T I T I E N I V S  
· · · · · E V S · F I L I V S  
5 E T · M V T T I V S · S Y N E R O S  
C O N I V N X  
S · S · P Q E O R U M

Bruzza ms. ex epistula nescio cuius.

5 SINERO traditur.